

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Speculum Quaestionum moralium, in universam
Aristotelis philosophi summi Ethicen**

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. III. - Vtrum voluptas sit motus? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](#)

bat quod sit commune obiectum virtutum, in cuius moderatione versantur omnes virtutes. In tertio materia temperante esse ostendit. In septimo ad continentiam & incontinentiam comparat. In hoc deniq; ad contemplationem metu necessaria esse concludit. Non est ergo otiosa eiusdem in tot libris tractatio, cum in singulis locis tractatus habetur distinctio.

Opp.

Si addas prudentie in Socrate sapientiam, bonum illud prudentia essentialiter sit melius: ergo accessione alterius boni bonum melius sit.

Resp.

Summo bono Hecratio non concludit propositum. Nam queritur, no ad existen- An summum bonum additione melius fiat? quod negati-
tiam multa, tur ideo quia est summum, cui ad existentiam multa,
ad essentiam ad essentiam vero nulla addi possunt ut fiat melius.
nulla addi possunt.

C A P. I I I.

Verum voluptas sit motus?

*An dolor sit indigentia eius quod est secun-
dum naturam;*

An voluptas sit expletio eiusdem?

An voluptas obscena sit delectabilis per se?

An voluptates specie differant?

MI R A R I S fortasse & non iniuria, cum videas ex uno eodemq; cap. tot questiones moueri: scrupulus autem hic

hic nullus erit, si ex singulis penè conclusionibus, vnam eximi studiosius attende-
ris. Simul quidem omnes proposui, quia simus tractantur: paucissimis ut vides ex-
plicui, quia refutatione, quam apud philo-
sophum aliquando suspicor; non de-
mōstratione, quam semper in illo admī-
rō, discentiuntur. Refellit hic diuinum
Platonē: cui, etiam si magister fuit togam
philosophi excellētis inuidet. Prima cō-
clusio huius cap. est, quod voluptas non
sit idcirco mala, quia qualitas non est, ut
quidam dixerūt. quippe tum sānē actio-
nes virtutū essent malæ, cum inter qua-
litates non numerantur. Secunda est,
quod idēo voluptas nō sit prava quia in-
tentionem capit ac remissionem, tum e-
nim virtutes ipsæ essent malæ quæ inten-
duntur ac remittuntur. Tertia est, quod
voluptas nō sit motus, quia neq; veloci-
tas neque tarditas, quæ sunt propriæ affe-
ctiones motus voluptati competunt.
Quarta est, quod neq; dolor sit defectio,
nec voluptas sit expletio eius quod est se-
cundū naturā. Ratio est, quia ambo sunt
affictus naturæ conuenientes quāuis vo-

Ss 4 luptas

Quod volu-
ptas non fit
motus.

luptas magis quam dolor eidem conueniat. Quinta est, quod obscenæ voluptates non sint per se & vi sua iucundæ & delectabiles. Nam ut ægrotis amara dulcia, & lippis alba nigra apparent; ita quæ sunt verè delectabilia hominibus depravatis & corruptis maximè tristia, quæ verò sunt obscena maximè iucunda esse videtur. Postrema est, quod voluptates inter se ut voluptratum obiecta specie differant; alia enim est voluptas temperantis, alia liberalis, alia cuiusque prout quisque rerum studio ac desiderio trahitur. Luxta illud,

Natura sequitur semina quæsg. sua.

Harum omnium quæstionum distinctiones sigillatim ne exspectes, nam satis antè in 7. lib. discutiuntur hæc omnia.

Distinctio prima.

Voluptas consideratur, vel	Materialiter, pro obiecto voluptatis. Pro affectu, & sic non est motus. Formaliter, pro actione, quæ delectatio dicitur, & sic motus animi in rhetorica Arist. definitur.
idq; vel	Pro actione, quæ delectatio dicitur, & sic motus animi in rhetorica Arist. definitur.

Opp. contra primam quæstionem.

Omnis affectus est motus animi: sed voluptas est affectus: ergo est motus.

Resp.

Resp.

Omnis affectus est motus fusè sumptus non strictè, vt
hic in tertio physicorum sumitur, vbi actus entè in po-
tentia definitur.

Opp. contra secundam &
tertiam.

Deficiēte eo quod natura est accommodatum dole-
mus, præsente autem eo gaudemus: ergo dolor est defe-
ctio vel indigentia eius quod est secundum naturam, vo-
luptas verò eiusdem expletio & abundantia.

Resp.

Non coheret ratio. Nam quamvis dolor indigenti-
am delectabilis, voluptas copiam eiusdem sequitur: non
tamen rectè concludit quòd sint ipsa indigentia vel
expletio, sed potius affectus animi sequentes ista.

Opp. contra quartam.

Voluptas obscœna expeditur à multis: ergo est dele-
ctabilis. Nam triste & acerbum nemo experit.

Resp.

Per se, & sic vera bona animi sunt solum iu-
cunda.

Aliiquid est de-
lectabi-
le, vel

Per accidens, & sic turpes voluptates appa-
rent delectabiles, quæ tamen propter
migrat (vt aiunt) caudam exitumq;
misérabilem revera acerbissima ha-
beantur.

Ss s CAP.